



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1710

14. Dies Aprilis. Cito accedimus opinioni, non coarguimus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45477

14. DIES APRILIS.

Cito accedimus opinioni, non coarguimus.

Seneca epist. 13.

Opinio. I. **S**uspicioni agnata est opinio, quæ nihil est aliud, quam vehemens suspicio, quæ debilititer assentitur, Opinio firmius, sed cum aliqua tamen formidine, Hinc major jam in proximum redundat injuria, dum minori cum formidine, majori cum certitudine profertur sententia. Ita porro se gerit Opinio circa homines, sicuti circa res alias, quæ sunt extra hominem. Opinio circa res, ut sæpissimè, sic & gravissimè errat: nunc enim res iniquis convitiis condemnat, nunc injustis elogiis commendat: aut quæ bona sunt, mala, aut quæ mala sunt, bona æstimans. Primus error perperam nos angit, affligit, & fluctus animi auget inani formidine. Horret animus, quæ nihil in se habent horroris, timet optabilia, fugit amabilia, deceptus perverso Opinionis testimonio: tum falsorum multiplicatione malorum, multiplicantur timores veri, hosque consequentium ærumnarum vulgus, & turba miseriarum. Hæc est igitur astutia Opinionis, substituere pro auro plumbum, pro gemmis silices, pro argento ferrum, pro bono, inquam, malum. Fingit, affligatque omnia Opinio nostra instabili caractere. Ipsa itaque Opinio aut pericula creat, aut est. Qui ex præaltis despiciunt speculis, aut turribus, deficiunt viribus, ut collaban-

S f.

tur.

tur. Nemine in præcepto trudente, nisi cogitatione sua. Nos quoque Opinione nostra periclitamur: illa sæpius fauciat nos, quam ipsa damna.

II. Sicuti opinio circa res: ita & circa homines malè judicando hallucinatur, dum malos malè absoluit, & bonos non benè accusat. in illis videns boni simulachrum, in his mali imaginem. Tu ipsa tui pectoris non potes penetrare adyta, alieni quomodo penetrabis? Non potes tua discernere bona à malis, unde ille in te discretionis spiritus, ut aliena non tantum cernas, sed discernas? Sed plerumque qui in foro totâ die otiosè feriuntur, circa alios toti occupantur, & illorum nomen dictariis inobscurant: sic quæ se, & sua non aspiciunt, alios despiciunt. In rebus spectabilibus, quæ oculis sunt jugiter obviæ, quæ facis sunt illitæ, sæpiissimè decipiuntur sensus, quasi homines in his essent insensati: quanto pronius errabunt in iis, quæ non patent in conspectu, sed abdita latent in recessu, quæ oculis sunt subducta, ab omni sensus perceptione remota, soli Deo cognita, quæ à libero dependent arbitrio. Quamvis conspicua videantur argumenta sinistrae suspicionis; non oportet, quia potes decipi; imò nec decet, quia sæpiissimè deceptus es, sinistrè opinari.

III. Remedium corrigendæ opinionis, idem est circa homines; sicuti circa res extrinsecas. Non leve adversus hanc momentum est, cognosci, & cognoscere. Invidus mordet, fama tacet, nummus deest, supplex perit, domus flagrat, filius obit, vota illudunt, spes fugit, discrimina pendent, damnum impendet. Omnia ista si te afflictura conveniunt, si acervatim in te ingerunt, fixo te siste pede, & cre-

Aprilis.

gitatione
mur: illa

homine

malè ab-

dens bo-

u ipsa tu

uomodo

a malis,

non tan-

qui in fo-

occupat

: sic qu

In rebus

, quæ fu-

s, quali

nus erra-

ed abdu-

ab omni

ta, quæ à

picua n-

on opor-

æpissime

idem est

Non leve

cogno-

mus de-

it, vota

damnum

niunt, si

, & cre-

de,

Aprilis.

Tessera.

283

de. Non ista sunt, qui me cruciant mala, sed opinio, quâ cenſeo illa mala, ſi illa mala non cenſerem, nullus in me foret doloris ſenſus. Res ſunt innoxia, nec bona, nec mala : itaque ſunt opiniones mea, quæ peſſimè de me merentur. Horreo humilitatem, quia opinor horridam : at lata fuit Antonio, accepta. Franciſco, affectata Franciſco de Paula, jucunda Ignatio. Contumeliis inceſſor ? Unde perturbor ? cur percellor, niſi quod malum exiſtimem ? Fuit verbum, non ſaxum, fuit vox, non fulmen : cur terreris raucæ voculæ ſtrepitu, ut ſoles audito è nube tonitru ? Opinio te terruit propria, non vox aliena. Idem ſit præſidium pro opinionibus circa homines. Habeas, licet luculenta, quibus de illo malè, & illum malum opineris argumenta, alii illum, ut talem inſimulant, peſſimè tanquam de peſſimo loquuntur, nulla tibi occurrit, quo illum abſolvas, ratio. Hæc tibi ſufficiat ratio, ne malè opineris, poſſe te errare opinando, non poſſe te errare, nihil opinando. Judex non poteſt condemnare reum, niſi conſtet de culpa : cur tu ſola opinione tua incerta, audebis damnare eum, qui fors melior te eſt, & à quo judicandus eſ ? ſit tibi ad cautelam, hac Epigraphe :

In fraudes multas, adduxit opinio multos.

* * *

* *

15. DIES